COMPENDIUM
Anatomico-Oeconomicum

Ea omnia complectens, quæ ad

Cognitam Humani Corporis Oeconomiam

Spectant;

Cui, quo clariùs eluceſcat, quanti ſit Anatomia in Medicinâ tam Diagnoſticâ & Prognoſticâ, quam Therapeuticâ, adjiciuntur

PRÆLECTIONES

Laxum & ſtrictum Fibræ Animalis ſtatum,
Aceſcentem & Alcaleſcentem Fluidorum Diſpoſitionem,
ACTIONES MEDICAMENTORUM,
Oſſium Morbos,
Morbos Calculoſos,
Artem Obſtetricariam,
ET
PROXIMAS MORTIS CAUSAS
Anatomicis Principiis exponentes,

MANCHESTER MEDICAL SOCIETY.

In Uſum Prælectionum conſtructum à Fran. Nicholls, M. D. C. M. L. S. F. R. S.

Nec tamen quaſi Pythius Apollo, certa ut ſint & fixa, quæ dixero: ſed ut homunculus unus e multis, probabilia conjecturâ ſequens. Tullius.

Impenſis J. Clarke juxta Excambium Regium *Cornhill*, & G. Hawkins inter *Templi* Portas, in Vico vulgo dicto *Fleet-ſtreet*. MDCCXLVI.

PRÆFATIO.

MANCHESTER MEDICAL SOCIETY

NEC inutile omninò ſit nec ingratum, Tyrones, ſi Compendio huic Anatomico pauca quædam de uſu Anatomiæ prænotaverim; cum plerique medicæ artis Tyrones ita ab impiâ iſtâ & inutili, ut videatur, cadaverum laniatione abhorreant, ut Humano Sanguine imbui, crimen pluſquam expiabile credant: Hinc religioſæ nimìs & effæminatæ menti ſe victos tradunt, in oppoſitas Empiricorum partes tranſeunt, & curativas indicationes a ſolis juvantibus & lædentibus ſumendas pronunciant. Cum tamèn fallax ſit omnis medicinæ praxis, & de corio Humano ſæpiſſimè luſura, quæ notæ corporis ſtructuræ non innititur.

Quî fieri enim poſſit, ut intelligatur morbi *Pathologia*, niſi ex cognitâ prius partis Structurâ, cui πάθος inſedit: Varius omninò cum ſit ejuſdem morbi genius, pro variâ partium indole, quæ eodem morbo afficiantur. Oſſium Fracturæ nihil per ſe habent periculi; eò tamen momenti ſunt majoris, quo acuminata jam oſſa has vel illas partes lacerant, quæ Inflammatione & Sphacelo faciliùs occupantur, & Sphacelo occupatæ mortem citiùs inducunt: Hinc, quæ primo intuitu ejuſdem ferè indolis Fracturæ videantur, curationem tamèn poſcant quam diſſimillimam: Illis cum ſatis ſit conſultum, ſi diſſitæ oſſis partes faſciis componantur; His verò neceſſe ſit, ut cum Membro auferantur, ne pars ſincera totumque tandèm corpus in Sphacelum trahatur. Hujus rei pro exemplo ſit Cruris Fractura; quæ, ſi in ſuperiorem incidat partem, nullius plerùmque aut periculi eſt aut negotij; Partes enim, quæ ibi ſe lacerandas objiciunt, Membranoſæ plerùmque ſunt & Muſculoſæ, quæ neque inflammationi adeo ſunt aptæ, nec inflammatæ ita pertinacitèr in Sphacelum ducunt. Quod ſi Cruris inferiori parti obtingat Fractura, ſummi ibi res eſt periculi; plurimi quippe Tendines ibi adſunt lacerandi, qui & facillimè inflammantur, & inflammati ferè ſemper Sphacelum induunt.

Idem profectò de Morbis inflammatoriis dicendum ſit; qui quidèm tantò pejoris ſunt ominis, quantò partes vitæ magis neceſſarias, vel in ſuis officiis obeundis impediant, vel deſtruant: Hæc tamèn ab inflammatoriis morbis pericula, ut ut magno a ſe invicem diſtent intervallo, non aliter tamen ſæpè dignoſcuntur quàm ex benè perſpectâ Corporis Structurâ. Pulmonum inflammatio, cum dolore plerùmque careat, ex cervicis erectione & Clavicularum elevatione maximè dignoſcitur; dictam interim *Peripneumoniam* a Cervicis erectione & Clavicularum elevatione indicari, iis ſolis conſtat, quibus muſculorum Scalenorum & Serratorum ſitus & uſus priùs innotuerunt; neque ipſi tamèn noſcant, quantum exindè periculi immineat, niſi Situm & Structuram eorum omnium intellexerint, quæ exinde ita aut comprimi aut deſtrui poſſint, ut tollatur Sanguinis motus.

Plura

Plura hujuſmodi afferri poſſint exempla; hic vero loci ſatis ſit obſervâſſe, unicuique Morbo propria quædam dari ſymptomata a partis affectæ Structurâ pendentia, quæ, ſi a vagis fictiſque ſymptomatis ſæpiùs ſeligerentur, medicinæ praxin homine digniorem, medicis faciliorem, totique humano generi feliciorem redderent.

Utcunquè verò manca claudicet *Pathologia*, quæ principiis Anatomicis non innititur, magìs adhuc laborat ars *Therapeutica*, quæ nullis ducta conſiliis quaſi in tenebris oberrat, ibi forſan maximè obfutura, ubi maximè profuturam ſe ſperat. In omni operatione Chirurgicâ, facilis profectò eſt in errorem lapſus, nec retrò pedem referre tum forſàn licebit, cum alienæ ignorantiæ pœnas moriens luat æger. Oſſi luxato quis ſuccurrat? niſi oſſium priùs formas, juncturas, & motus benè perſpexerit; cum ſuus ſit cuique oſſi proprius reductionis modus. *Cataractam* quis deprimet? *Calculum* quis extrahet? niſi ſitum & ſtructuram eorum omnium intellexerit, quæ vulneranda, laceranda, aliove quocunque modo perturbanda occurrant.

Nec ab internis medicorum armis minùs imminet periculi, niſi, quo torqueantur noſcat Medicus: Quis enim aut *purgans*, aut *vomitorium* quidpiam tutò adhibeat? niſi eorum operandi modum, eaque omnia, quæ exindè pati poſſint, noverit. Multis in morbis ita aut obſint, aut proſint, *vomitoria*, ut nihil magìs: Unde tamen & quibus in morbis ita aut obſint, aut proſint, iis ſolis conſtat, quibus corporis ſtructura ſatis eſt perſpecta.

Iniquè ideò ab iis factum eſt, qui Anatomicis conſiliis rejectis, medicamina ſortiuntur ægris pro fortunâ vel læſura vel profutura. Hos ego Celſi verbis monitos velim, *Rationalem quidem Medicinam eſſe debere; inſtrui vero ab evidentibus cauſis: Incidere itaque corpora mortuorum diſcentibus eſt neceſſarium.*

COMPEN-

COMPENDIUM

ANATOMICO-OECONOMICUM

Prælectio Prima.

De Animali in Genere, ejuſque Principiis conſtituentibus.

Animal
- Quid? ut
  - compoſitum ex { Principiis. / Animâ * / Animo. } an unicum Principium?
  - ſtructum ſeu organizatum.
- Specificatio { Quid? / Uſus? } cuique ſpeciei ſua ſunt { Commoda. / Incommoda. } quæ Homini?

Anatomia.
- Quid?
- Objectum? Œconomiæ Deductio a cognitâ Partium { Structurâ. / Uſu. }
- Subjectum { Generale omne Animal. / Speciale Homo; præſertim in uſus Medicos. }
- Uſus? Deductio eorum, quæ Animalis ſalutem { perturbant. / perturbatam reſtituant. / rectam conſervant. }

Subſtantiæ Animalis Principia
- Terra.
- Aqua.
- Aer.
- Acidum univerſale.
- Phlogiſton.

MANCHESTER * MEDICAL * SOCIETY.

* ——— *Corpore toto*
Miſta latens animi vis eſt, animæque poteſtas.
Proporrò eſt anima, & dominatur corpore toto. Lucretius.
Animantia quædam animum habent, quædam tantùm animam. Seneca.

- **Terra**
  - Quid? materia
    - in igne
      - alba.
      - fixa.
      - immutabilis.
    - in aquâ indiſſolubilis.
    - in acidis ſolubilis.
  - Origo? ex traductione ſub formâ alimenti.
  - Diſtributio? univerſa in corpore animali.
  - Cohæſio? mediante Phlogiſto; ut ex carbonibus ulteriùs combuſtis.
  - Quantitas varia ſub
    - variâ ætate.
    - vario corporis ſtatu; unde
      - deficiens?
      - redundans?
  - Uſus? ad majorem corporis
    - Fixitatem.
    - Firmitatem.

Aqua ſimpliciſſima leni calore ex animalibus recens mortuis elicenda. Uſus?

Aer ex animalibus
- igne combuſtis
- ſub aquâ putrefactis

} ingenti mole ſpontè exſurgens. Uſus?

- **Acidum univerſale**
  - Quid?
    - Aere ſimpliciſſimum divagatur[a].
    - Diſtributio fere univerſa; in
      - Terris
      - Mineralibus
      - Vegetabilibus
      - Animalibus

      } In ſtatu mixto.
  - Diſſociabile a copulis motu
    - violento[b].
    - diuturno[c].
  - Appetit
    - Terram;
    - Aquam;
    - Phlogiſton;

    } e quibus variè combinatis conficit
    - Salia[d].
    - Olea[e].
    - Mucos[f].
    - Adipem[g].
    - Reſinas[h].
    - Lapides.

    } Uſus?

[a] *Acidum hoc Principium in aere paſſim copioſiſſimè divagari teſtantur vitrioli & nitri generatio, neutralizatio ſalis alcalini, & aluminis regeneratio, ex ſolo aeris liberioris affluxu.*

[b] *Ut ex vitriolo & nitro igne violento eliciuntur ſpiritus acidi.*

[c] *Ut in alumine ſolis radiis expoſito, & in paſtinacis poſt coctionem putrefactis; quin & omnes liquores fermentati motu diuturno diſſoluti acidum ſpirant.*

[d] *Non alias ſalium differentias agnoſcunt Chymici, quam, quæ a terræ variâ ſpecie & quantitate, vel a Phlogiſto variè combinato proveniant. Exempli gratiâ.*

Ol. vitrioli affuſum.
- *Glutini liquefacto ſimplex vitriolum*
- *Ferro vitriolum martiale*
- *Plumbo ſaccharum dulce*
- *Cupro æruginem auſteram*
- *Mercurio ſal mirè corroſivum* ☿.
- *Terræ ſalis marini ſal Glauberi amarum,*
- *Quod cum carbonibus fuſum ſal alcali*

} *præbet.*

[e] *Ol. Vitrioli cum auripigmento deſtillatum fluidum oleoſum præbet oleo Olivarum ſimile; quin etiàm Ol. Olivarum a ſale tartari ſæpius deſtillatum in Spiritum ardentem mutari tradunt Chymici.*

[f] *Quanta ſit acidi vis in gummis, ex gummi Senacæ, vel Arabici, ſolutione æſtivo tempore, ad aliquot menſes conſervatâ, patet, quæ ab aceto vulgari vix dignoſcatur. Quinetiam aquæ deſtillatæ, ut & Liquores fermentati, non, niſi ab acido ſuo fiunt mucoſi.*

[g] *Olea expreſſa cum acidis digeſta inſpiſſantur, & adipis formam acquirunt; nec aliundè oritur ſaponis durities, quàm ab adjecto ſalè communi. Hinc fit ut, ea animalia quæ facilius putreſcunt, adipem habeant fluidiorem: Ea contrà, quæ pupreſcentiæ magis reſiſtunt: adipem habent firmam ſolidamque.*

[h] *Acida vitroli vel nitri oleis deſtillatis affuſa reſinas ſolidas, duras, & friabiles conficiunt. Reſinæ contrà cum ſale alcalino ſubactæ & deſtillatæ, licèt olea ſua fluida dimittant, ipſæ tamen exinde fiunt balſama.*

Sal

- Sal in Genere
  - Quid? Terra attractiva Spiculis acidis obsita, ut ex {Syncrisi / Analysi} Salium.
  - Species
    - Alkali;
      - Signa? {Color a violis virideſcens. / Fermentatio cum acidis omnibus. / Sapor urinoſus.}
      - Species? {Fixum; / Volatile;} Quid?
    - Neutrum;
      - Quid?
      - Species? {ſtabile, ut {Nitrum. / Vitriolum. / Lapides.} / aceſcens, / alkaleſcens.}
      - Signa? nulla Fermentatio cum vel {alcalis / acidis} omnibus.
    - Acidum;
      - Signa? {Color ruber a violis. / Fermentatio cum alkalinis omnibus. / Sapor acidus,}
      - Species? {Vitriolicum; / Nitroſum; / Marinum; / Vegetabile; / Animale;} {Subordinatio. / Commutatio[i].}
  - Commutatio
    - Acidi in Alcalinum {Expulſione acidi. / Fuſione cum Carbonibus[k]. / Motu, ut in {Fructibus. / Putreſcentibus.}}
    - Alkali in Neutrum {Combuſtione Phlogiſti. / ab acido admiſto.}
  - Differentia Specifica {Alkali, in Terræ Saturatione imperfectâ. / Neutrius, in Saturatione adæquatâ. / Acidi, in redundantiâ acidi poſt Saturationem.}
  - Cauſtica Vis {Quid? / Unde in {Acido? ob acidi animalis Subordinationem. / Alkali? ob majorem terræ vegetabilis Attractionem[l].}}
- Sal Animalis
  - Acidum in Ventriculo a proportionatâ alimenti Conſtitutione.
  - Neutrum {in inteſtinis a {Putreſcentiâ.. / Fermentatione. / Secretionum Commixtione.} / in vaſis ob deficientem adhuc Circulationis Vim.}
  - Alkaleſcens in Vaſis ob Circulationem {Diuturniorem. / Violentiorem.}
  - Alkali ob {nimiam Solutionem, / ſtagnantis Putreſcentiam.}
  - Vis aſſimilans quid? an detur acidum in ſanguine? Etiam; ex {Urinâ acidâ. / Felle viridi.}

[i] *Si ſpiritus nitri unciæ quatuor cum unciâ unâ olei terebinthinæ miſceantur, & digerantur, prodit compoſitum Balſamum Sulphuris ex omni parte referens: Unde patet acidi nitroſi in acidum vitriolicum commutatio. Ex filis Chalybis in ſpiritu ſalis marini ſolutis emergit ſpiritus verè, quoad vim & odorem, nitroſus.* Juncker. *Hinc patet acidi marini in nitroſum commutatio.*

[k] *Sal mirabile Glauberi fuſum cum carbonibus ſal præbet alcalinum. Rurſuſque in ſal mirabile redit Phlogiſto, quod ex carbonibus receperat, per lenem ignem patentem combuſto.*

[l] *Ex Præparatione Spiritûs ſalis Ammoniaci, vel per Calcem vel per Tartarum, patet vim attractivam in terrâ animali cæteris omnibus eſſe debiliorem.*

Phlogiſton

- **Phlogiſton**
  - Subſtantia
    - Materialis ignis. Quid calor? { an inſeparabilis? / an a reſiſtentiis [a]? }
    - Simpliciſſima reperitur Lux; cujus tamen variæ Species [b].
    - Subtiliſſima [c].
    - Minus ſimplex in Sulphure minerali [d].
    - Magìs adhuc compoſita in { Carbonibus. / Oleis [e]. }
  - Abſque aeris libero affluxu ſub igneſcentia fixiſſimum [f].
  - Appetit
    - Acidum, cum quo { parciore ſuam volatilitatem communicat [g]. / copioſo { ipſum figitur. / inflammabilitatem amittit [h]. }
    - Terras { Maximè { metallicas. / vitreſcentes. } quibus { metalleitatem [i]. / colores [k]. } inducit. / minùs vegetabiles. / minimè omnium animales. }
  - cum ſalibus { odoris [l]. / ſaporis [m]. } materia.

[a] *In montibus excelſis pro ratione altitudinis imminuitur caloris ſenſus: Hìnc haud aliundè calorem excitari verè ſimile videtur, quam a corporum reſiſtentiis huic materiæ ſub motu rectilineo tranſeunti occurrentibus; a quibus reſiſtentiis aliter motus verticalis, quo calorem exhibet, producetur. Cum verò motus Verticalis eò major producetur, quò major eſt motûs rectilenei velocitas, cumque motus rectilineus ab ortu ſuo, ſive a ſole ſive ab igne procedens, magìs, magìſque decreſcat, fieri poſſit, ut vix ullus calor ſeu motus verticalis, a reſiſtentiis occurrentibus excitetur: Ut fit in Lunæ radiis, in quibus, utcunque collectis, nullus percipitur calor.*

[b] *Sulphur purum ex quindecim partibus acidi & aquæ & unâ parte Phlogiſti conficitur; nec ullâ arte in alia principia reſolvi poſſit. Ipſum hoc Phlogiſton ex carbonibus deſumptum ſub ſulphuris formâ combuſtum flammam, omneſque in eâ Lucis ſpecies, edit; ut ex picturis eâ luce conſpiciendis patet.*

[c] *Quanta ſit hujus principii ſubtilitas, ſatis conſtat ex Luce, quæ a ſedecim granis Sulphuris (uno ſcilicet grano Phlogiſti) ad magnam diſtantiam per horæ ferè ſpatium videbitur.*

[d] *Simpliciſſimam Phlogiſti compoſitionem Sulphur exhibet; quod ex aquâ, acido, & Phlogiſto, conſtat: Carbones contrà ex terrâ, acido, aquâ parciore, & Phlogiſto componuntur.*

[e] *Olea omnia in terram, ſal, aquam & Phlogiſton reſolvi poſſunt. Combuſtione enim terram albam cum aliquo ſale relinquunt, evaporatis aquâ, Phlogiſto, & ſale volatiliori: a calce vivo ſæpiùs deſtillata aquam ſolummodo præbent, relictis in calce Phlogiſto & ſale.*

[f] *Carbones in retortâ diutiſſimè candefacti nec mole nec pondere nec ſoliditate mutantur: neque prius in cineres reſolvuntur, quàm liberi aeris affluxui ſubjiciuntur.*

[g] *Oleum vitrioli ab admiſto ſpiritu vini fit volatile; Quin et multa metalla, præſertìm viliora, a largiore Phlogiſto admiſto in flores ſe ſublimari patiuntur.*

[h] *Sulphur ab olei vitrioli deſtillatione repetitâ relictum nec in flores ſublimari nec inflammari exinde ſe patitur; quinetiam chartæ oleo vitrioli imbutæ & exſiccatæ ægerrimè comburuntur.*

[i] *Metalla vel acidorum vel ignis vi in cineres mutati non niſi ab admixto Phlogiſto in metalla reducuntur.*

[k] *Omnia vitra a fumo, vel aliter admiſto Phlogiſto, coloribus inficiuntur; quin & vitra & lapides colorati, extracto Phlogiſto, fiunt limpida. In quibuſdam foliis floribus & fructibus Plantarum, quicquid habent coloris, a Luce acceptum id omne referunt.*

[l] *Omnia corpora, quanto magìs ſunt odora, tanto majorem olei quantitatem ſub deſtillatione præbent. Hinc ex Zinzibere & pipere parùm olei, ex lignis ſiccis & putrefactis planè nihil elicitur.*

[m] *Quæ a ſimplici ſale acido exſurgit ſenſatio, impropriè dicitur ſapor; ut qui ſalia cum terreis, & oleoſis variè combinata ad ſenſationis varietatem requirit.*

Fig. 1. *Exprimit fibræ Animalis particulam cavo-conicam.*

Fig 2. *Exprimit fibræ portiuncutam ex ejuſmodi particulis conſtructam.*

Fig. 3. *Fibrarum faſciculus tranſverſim ſectus, ut appareat fibras cylindricas non niſi in minimâ lineâ ſe mutuò attingere; unde minima ſit earum cohæsio. Eædem tamen fibræ diſtentæ æqualiter ſub externâ compreſſione a formâ naturali cylindricâ recedunt, et fiunt Hexagonæ, unde ſumma ſit earum interſe cohæſio: unde fieri videntur Cartilagines et Calli.*

A. *Fibrarum faſciculus tranſverſim ſectus.*

B. *Eædem fibræ præ diſtenſione et externâ compreſſione a cylindricis in Hexagonas mutatæ, unde univerſum contactum acquirunt.*

Fig. 1.



Fig. 2.



Fig. 3.



MEDICAL SOCIETY

Phlogiſton
- Aquis
  - per ſe maximè averſatur.
  - admiſtum, mediante ſale,
    - Spiritus inflammabiles[a].
    - cum terris { olea, adipem, mucos, Reſinas } conficit.
- Uſus?
  - Terram albam connectit
  - ſalia { alcalizat. / variè immutat. }
  - mucos, adipem } conficit.
  - colores varios impertit.
  - calorem ejuſque effectus varios inducit.

[a] *Quæ ſit ſpiritus inflammabilis conſtitutio, ex duobus experimentis abunde conſtat. Oleum nempè olivarum mulſo (vel alii cuivis liquori) fermentanti admiſtum intimè abſorbetur, cum magno ſpiritûs inflammabilis incremento. Si vero ſpiritus vini cum ſex partibus aquæ commiſtus in frigido aliquandiù ſeponatur, in ſuperficie natantes olei guttas, oleo olivarum ſimillimas, exhibebit.*

Prælectio Secunda.

De Fibris; Ligamentis; Membranis; & Adipe.

Animalis Partes ſimilares.
- *Fibræ.*
  - Ligamenta.
  - Membranæ.
- } Arteriæ, Venæ, Lymphatica, Nervi.
- } Adeps, Glandulæ, Muſculi, Cartilagines, Oſſa.

Fibra;
- Forma An { Ex cavo-conicis ſegmentis in ſe mutuò receptis? / Cylindrica? Vid. Fig. 1^mam & 2^dam. }
- Elaſticitas;
- Vis reſtitutiva ab elaſticitate diſtincta.
- Accretio unde?
- Aptitudo ad motus; unde Fluidorum Eucraſi reſpondens?
- Conſolidatio vulneratarum, unde?
- Senſibilitas, unde? ab implicatis nervulis.
- An fluido mucoſo interſtitiali obvolvantur? Uſus?

Ligamentum Inelaſticum Perfectum;
- Tendines Muſculorum.
- Ligamenti { Carpi, Tarſi, Sterni, Pouparti. }
- Dura Mater.
- Media pericardii membrana.
- Color ſplendens pro ratione elaſticitatis { majoris, minoris. }
- Immutatio a coctione.

- **Ligamentum Inelaſticum**
  - Degeneratum
    - Color? qualis perfecti in aquâ cocti.
    - Tendo muſculi ſupraſpinati.
    - Capſulæ quorundam Articulorum.
    - Faſciæ Abdominis.
    - Ligamenta { Pubis. / Oſſis ſacri. / Intervertebralia. }
  - Uſus { Perfecti? / Degenerati? } an vulnerata eadem patiantur?
- **Ligamentum Elaſticum**
  - Color ex albo Flaveſcens.
  - Fibrarum diſpoſitio.
  - Immutatio nulla a { coctione levi. / maceratione in ſpiritu Vini. }
  - Maximè notandum in Anſeris Alâ.
  - Ligamentum colli in Brutis.
  - Ligamenta Arcualia inter vertebras Hominis.
  - Media Arteriarum ſubſtantia in { Homine. / Brutis. }
  - Uſus?
- **Membrana**
  - Structura? ex fibris ferè ut in Linteis ſibi invicèm contextis.
  - Species?
    - Connectens; unde ſubſtantia reticularis; { Quid? / Situs? / Uſus? }
    - Continens; { Species? { Ligamentalis. / Muſcularis. / Vaſcularis. } / Laminæ. { Nervea. / Glandularis. } / Uſus? { Villoſa. } }
- **Adeps**
  - Subſtantia? Arteriæ minimæ veſiculis obſitæ oleo repletis.
  - Situs?
  - Specificatio in { Adipem. / Sævum. / Medullam. } Differentia?
  - Quid Oleum?
  - Uſus Olei in { Sanguine? ad { vaſa { oblinenda. / relaxanda. } / ſalia immutanda; unde muci. } / Veſiculis adipoſis? / Cavitatibus corporis? }

Prælectio Tertia.

De Arteriis; Venis; & Lymphaticis.

- **Arteria**
  - Quid?
  - Unde Dicta?
  - Quotuplex? { Pulmonalis? { Exortus a dextro Cordis Ventriculo. / Diſtributio per Pulmonum ſubſtantiam. } / Aorta? { Exortus a ſiniſtro Cordis Ventriculo. / Diſtributio per univerſum corpus. }

Fig. 4. Arteriam exhibet.

Fig. 5. Musculum exhibet, cujus fibræ Rectæ sunt.

Fig. 6. Musculum exhibet penniformem.

Fig. 4.



Fig. 5.



Fig. 6.

MANCHESTER MEDICAL SOCIETY.

- **Arteria**
  - **Forma**
    - Totius Arteriæ? Conica cum Basi versus { Extrema. / Cor. }
    - Cujusque segmenti? Cylindrica.
  - **Capillaris**
    - Quid? ultimus arteriæ ramus mistum sanguinem recipiens.
    - Variatio.
  - **Tunicæ**
    - Propriæ? { Interna Membranosa. / Media Ligamento-Elastica. / Externa Vasculo-Elastica. } Usus?
    - Communis, connectens; quæ intùs { adiposa. / Reticulata. } Usus?
  - **Nervi? Usus?**
  - **Situs generalis?** { Unde? / Usus? }
  - **Motus?**
    - **Diastole**
      - Quid? Arteriæ Dilatatio a sanguine immisso.
      - Species
        - Magna. / Parva. } Quantitati Sanguinis
        - Tarda. / Celer. / Fortis. / Debilis. } Cordis systoli
        - Dura. / Mollis. } Arteriæ tensioni
        - } Respondens.
      - Usus? ad { Sanguinis Distributionem. / Arteriæ contractionem proritandam. }
      - An ad eam requiratur Capillarium constructio? etiam.
    - **Systole**
      - Quid? contractio a { Stimulo repletionis / Vi elasticâ } pendens.
      - Frequentia varia inter { 70 / 140 } in spatio minuti.
      - Usus? ad { Auriculæ Dilatationem. / Motum omnium fluidorum in Corpore. }
  - **An tota Arteria simul repletur?**
    - Unde? ab æquabili suâ resistentiâ.
    - Usus? { Ut sangui æquè mixtus distribuatur. / Ut vi majore fluida propellantur. / Ut æqualis fiat vasorum plenitudo. }
  - **An sanguinis eò major Velocitas, quò arteria magis convoluta?** etiam.
  - **Anastomoses**
    - Quid?
    - An in omni Corporis parte reperiantur? nequaquàm.
    - Usus? ad { æqualem sanguinis Distributionem conservandam. / velocitatem sanguinis { conservandam. / augendam. } / sanguinis commixtionem. }

- **Vena**
  - **Quid?**
  - **Forma**
    - Totius? conica cum Basi versus { Extrema. / Cor. }
    - Cujusque segmenti? Cylindrica.
  - **Situs?** { Quandoque juxta Arterias. / Sæpe ab iis Distans; ut in manibus. }
  - **Tunicæ**
    - Propriæ? { Interna Membranosa. / Media Continens. / Externa Vasculosa. }
    - Communis connectens? quæ intùs { Reticulata. / Adiposa. }
  - **Valvulæ;**
    - Ubi sitæ?
    - Quales? sæpe duplicatæ; quandoque simplices.
    - Usus? ut præscindatur sanguinis pressura.

- Vena
  - Anaſtomoſes.
  - Uſus?
  - Progreſſus ſanguinis
    - Quo tempore fiat? agente arteriæ contractione.
    - Unde pendeat? a ſanguine ex arteriis in venas protruſo.
  - Ratio capacitatis ad arterias;
    - Proportione quadruplicatâ.
    - Sæpe varia a Corporis
      - Statu.
      - Situ.
      - Sanguinis copiâ.
- Lymphatica
  - Arterioſa
    - Quid?
    - Uſus?
    - Motus? Nullus pulſatilis.
  - Venoſa
    - Quid?
    - Subſtantia? ex tenuiſſimâ Membranâ.
    - Forma? eadem ferè quæ Venis
    - Situs? juxta Arterias & Venas.
    - Valvulæ? frequentiores quàm in Venis: Unde?
    - Glandulæ;
      - Situs?
      - Uſus?
    - Uſus?

De Temporis ſpatio ad Sanguinis Revolutionem
- *requiſito.*
- *an variabili?*

Latitudo { Sanitatis / Vitæ } Quid quoad Vaſa?

Prælectio Quarta.

De Nervis, Glandulis, & Muſculis.

- Nervus
  - Quid?
  - Forma?
  - Subſtantia ex faſciculis minorum, tandemque ex minimis nervulis.
  - Tunicæ a { Durâ / Piâ } Matre;
    - illa in omni Nervo, excepto auditorio, reperiatur.
    - Hæc in ſolo Nervo optico viſibilis.
  - Origo a
    - Medullâ oblongatâ cerebri.
    - Medullâ ſpinali.
  - Ganglia.
  - Terminatio.
  - Uſus?
    - Fluidorum { circulationem / Secretiones } { Gubernare. / Variare. }
    - Senſatio.
    - Motus Muſculorum.
  - Senſatio
    - Quid?
    - Quotuplex? { Conſcia; de quâ cogitamus. / Inconſcia; de quâ non cogitamus. } anxia.
    - An pendeat a
      - Fluidis Nervorum undulatis?
      - Solidis Nervorum Vibratis?
      - Nervi ſubſtantiâ contractâ *?

* *Varia videtur nervorum ſenſibilitas in variis ſubjectis; cum in morbis pro varia corporis diſpoſitione, ſenſibilitas ſit vel nimis acuta vel nimis languida. Oculus a vulnere inflammatus ſub mediæ noctis tenebris omnia videns, quique ſolis aut lucernæ lucem ferre nequaquam potuit, memoratur.* Vid. Journal de Scavans.

Glandula

- Glandula
  - Quid?
  - Unde ſic dicta?
    - Specificatio
      - accidentalis, in
        - Conglobatas; Quid?
        - Conglomeratas; Quid? / Uſus?
      - eſſentialis in
        - Sinuoſas; Tubuloſas; Æquas; } ut Renes. Teſtes. Hepar.
      - Altera in Glandulas ex
        - Officio ut in: Durâ matre. Pleurâ. Pericardio. Peritonæo.
        - Formâ ut: Hepar. Renes. Pancreas.
    - Vata?
      - Arteria; ex quâ: Tomentum in Cerebro. Cryptæ in Renibus. Penicilli in Liene. } Uſus?
      - Ductus
        - Secretorii: Recti. Contorti. Uſus?
        - Excretorii; Quid in: Hepate? Rene?
      - Lymphatica; quæ a Ductibus Secretoriis exoriuntur.
      - Vena.
    - Nervi; uſus? ad: circulationem fluidorum. / ſecretiones variandas.
    - Tunicæ ad
      - Majorem vaſorum vim, ut in: Rene. Teſte
      - Irritationes præcavendas, ut in Hepate.
    - De
      - Secretione Animali: Simplici. / compoſitâ. } an ſecretiones ſint commutabiles?
      - Organis præparatoriis, ut in: Hepate. Teſte.
      - An Glandulis inſit vis formatrix fluidi ſecernendi? nequaquam.
- Muſculus
  - Quid?
  - Partes?: Venter. Caput; Cauda; } Quæ quandòque commutantur.
  - Tunica propria, quæ: Adipoſa. Uſus? / Faſciculos & Fibras connectit.
  - Subſtantia ex: Vaſis ſanguiferis numeroſiſſimis. Faſciculis Fibrarum Veſiculatarum. Nervulis vaſa ſanguifera comitantibus.
  - Forma?
    - Recta.
    - Pennæformis: Simplex. Duplex. Multiplex.
  - Motus?: Elaſticus. / Inſtrumentalis ſive Muſcularis.
  - De Motu Muſculari
    - Voluntario
    - Involuntario: Determinato. Indeterminato.

Prælectio Quinta.

De Ossibus in Genere; Cartilaginibus; & Ossificatione.

- **Os**
  - **Substantia**
    - Chymica; { Sal; quod totum volatile. / Oleum. / Terra; quæ in Acidis solubilis. }
    - Naturalis; { Terra; quæ maxima est Ossis Pars. / Fibræ Cartilagineæ. }
    - Anatomica; { Compacta. / Cellularis. / Reticularis. } ad vasa sustinenda.
  - **Color?** { In Homine albus. / In Specie Pulli indici niger. / In Ave Amadavadæâ flavescens. / In Pisce Acu vulgari viridis. }
  - **Partes?**
    - Epiphysis, { Quid? / Usus? ad { Ossificationem. / Partum faciliorem. / Ligamentorum Insertionem. }
    - Apophysis,
      - Quid? Adnata, ex epiphyseos unione.
      - Enata { Connata; ut Zygomatica. / Evulsa; ut Mastoeides. }
      - Usus? ad { Vim Musculorum. / Situm Musculorum. / Basin majorem. }
    - Diaphysis, { Quid? / An a Musculorum compressione oriatur? nequaquam }
  - **Periosteum;**
    - Externum, cujus Lamina { Externa a Musculorum tendinibus. / Interna { a capsulâ articulari oritur. / ex fibris tendineis Ossi parallelis. }
    - Internum Medullam paritèr investiens.
    - Usus? ad { Frictionem præcavendam. / Vasa Ossi dicata sustinenda. / Ossa obtegenda. / Musculos affigendos. }
    - Sensibilitas unde egregia in { Vulneratione / Tumore. } Ossis?
  - **Usus?** ad { Partes teneras tutandas. / Corpus sustinendum. / Motus dirigendos, & augendos. / Quandòque ut arma ad corporis { vim; / dignitatem; } ut in cornutis. }
- **Cartilago**
  - Quid?
  - Substantia? ex Fibris sibi invicèm intimè adhærentibus.
  - Tunica; Perichondrium dicta.
  - Usus? ad { Flexibilitatem. / Superficierum æqualitatem. }
  - De { Membranarum mutatione in { Callum. Vid. Fig. 3^ia^ Tab. 1^mae^. / Cartilaginem. } / Cartilaginis mutatione in Os.; seu de Ossificatione. }

Prælectio Sexta.

De Offium Articulationibus.

- Articulatio;
  - Diarthrosis;
    - Enarthrosis; in Femore & Innominato.
    - Arthrodia; in Humero & Scapulâ.
    - Ginglymus
      - Primus; in Ulnâ & Humero.
      - Secundus; in Radio & Ulnâ.
  - Synarthrosis;
    - Syndesmus; in Ossibus Tarsi.
    - Synchondrosis; in Costis & Sterno.
  - Symphysis;
    - Sutura
      - Prima; Frontalis.
      - Secunda; Lambdoeides.
    - Gomphosis; in Dentibus.
    - Schindulesis; in Vomere.

Prælectio Septima & Octava.

De Cranio ejusque Ossibus; Suturis; & Foraminibus.

- Sceletos
  - Caput,
    - Cranium.
    - Facies.
  - Truncus.
  - Artus
    - Superiores.
    - Inferiores.

- Cranium;
  - Forma?
  - Ossa?
  - Usus?

  in quibus
  - Frontale.
  - Ethmoeides.
  - Parietalia duo. †
  - Temporalia duo.
  - Occipitale.
  - Sphenoeides.

  in quibus
  - Laminæ.
  - Meditullium.
  - Inæqualitas.
    - cranii.
    - superficiei.

- Suturæ;
  - Frontalis sive coronalis.
  - Lambdoeides; in quâ Ossa Triquetra.
  - Sagittalis.
  - Squamosæ duæ; in quibus Ossa Wormiana.
  - Sphenoeidæa.
  - Ethmoeidæa.

- Frontale;
  - Status in recens natis.
  - Situs?
  - Processus?
    - Tres externi,
      - Duo Orbitales externi.
      - Orbitalis internus; unde Spina Nasalis.
    - Tres interni,
      - Spina.
      - Ethmoeidæi duo.

† os bregmatis

Frontale

- Frontale;
  - Sinus duo;
    - Situs?
    - Septum?
    - Introitus? Ubi vallum turbinatum.
    - Usus?
  - Foveæ orbitæ, ubi Situs
    - Glandulæ Lachrymalis.
    - Trochleæ.
  - Foramina?
    - Cæcum in Sinuum septo desinens.
    - Supraorbitale.
    - Intraorbitale.
  - Connexio?
- Ethmoeides;
  - Situs?
  - Foramina? pro transitu
    - Nervi Olfactorii.
    - Vasorum a Cranio ad Nares.
  - Processus?
    - Intra Cranium Crista Galli.
    - Intra Nares
      - Spongiosus.
      - Turbinati quatuor.
      - Papyracei, ex quibus Cellulæ.
    - Intra Orbitas Ossa plana dicti.
  - Sinus?
    - Cellulæ Narium.
    - Basilares; qui Sphenoeidæi falsò nominantur.
  - Connexio?
  - Usus? Ubi de Nare
    - Felis.
    - Canis.
- Parietale;
  - Situs?
  - Forma?
  - Foramen, quod sæpè deest.
  - Sulci?
    - pro Duræ Matris Arteriis.
    - pro Sinu Longitudinali.
  - Connexio?
- Occipitale;
  - Situs?
  - Forma?
    - Spina Cruciformis, in quâ sulcus.
  - Processus?
    - Duo Condyloeides.
    - Sphenoeides.
  - Foramina?
    - Magnum pro Medullâ Spinali.
    - Pro Venis Occipitalibus.
    - Pro nono pari Nervorum.
  - Connexio?
- Temporale;
  - Pars Squamosa;
    - Unde sic dicta?
    - Processus Zygomaticus.
    - Cavitas Glene pro Mandibuli receptu.
    - Inæqualitas interna?
    - Situs?
  - Pars Petrosa;
    - Unde sic dicta?
      - a Formâ.
      - a Substantiâ.
    - Processus
      - Mastoeides, qui ætate crescit.
      - Styloeides.
        - Sæpiùs appendicula.
        - Aliquandò Cartilago.
      - Salpingæus.

- Temporale
  - Pars Petrosa
    - Foramina ?
      - Meatus { externus. / internus.
      - Pro Arteriâ Caroticâ.
      - Pro Nervo Auditorio { Duro. / Molli.
      - Pro { regressu Rami duri. / egressu Rami duri.
    - Tympanum;
      - Forma? Ubi meatus ad Cellulas Mastoeidæas.
      - Fenestra { Ovalis. / Rotunda.
      - Ossa { Malleus ; / Incus ; / Orbiculare ; / Stapes ; } { Forma? / Processus? / Situs? / Usus? }
    - Labyrinthus;
      - Canales tres semicirculares.
      - Vestibulum,
      - Cochlea { Scala externa ; / Scala interna ; } Bases.
  - Connexio ?
- Sphenoeides
  - Situs ?
  - Processus
    - Externi ?
      - Alæ Laterales.
      - Pterygoeides { Externus. / Internus, ubi unciformis;
      - Spinæformis, sive Azygos.
    - Interni ? { Salpingoeides., / Clinoeides; inter quos Sella Turcica.
  - Foraminum Paria ?
    - Primum pro Nervis Opticis.
    - Secundum pro Secundo Ramo quinti paris Nervorum.
    - Tertium pro Tertio Ramo quinti paris Nervorum.
    - Quartum pro ingressu Arteriæ Duræ Matris.
    - Quintum pro Arteriis a Caroticis ad Nares.
  - Connexio?
- Foramina Cranii
  - In Fronte Cæcum, in Sinuum Frontalium Septum ducens.
  - In Ethmoeide Olfactoria, quæ Nervos ad Nares transmittunt.
  - Inter Frontis & Sphenoeides Lacerum
    - In Sphenoeide
      - Opticum pro Nervo Optico & Arteriâ Opticâ.
      - Secundum / Tertium } pro Ramis quinti paris Nervorum.
      - Caroticum minus pro Arteriis Duræ Matris.
  - Inter Sphenoeides & petrosum Caroticum majus.
  - In Petroso { Auditorium pro Nervis Auditoriis. / Reductorium pro regressu Rami portionis Duræ.
  - Inter Petrosum & Occipitale pro Egressu { Sinuûm Duræ Matris. / & Paris Vagi Nervorum.
  - In Occipitali
    - Magnum pro Medullâ Spinali.
    - Linguale pro nono pari Nervorum.
    - Venosum pro Venis ab Occipite ad Sinus Laterales.
  - In Parietali a Pericranii Vasis ad Vasa Duræ Matris.

Prælectio Nona.

De Ossibus Faciei, & Maxillarum.

- **Lachrymale**
  - Situs? quandòque tamèn deest.
  - Unde os unguis dictum?
  - Sulcus pro Ductu Lachrymali.
  - Connexio?
  - De Fistulâ Lachrymali.
- **Nasale**
  - Situs?
  - Forma?
  - Sulcus pro Processu Spinali Ossis Frontis.
  - Connexio?
- **Zygoma**
  - Situs?
  - Forma?
  - Processus tres?
    - Frontalis.
    - Maxillaris.
    - Temporalis.
  - Connexio?
- **Maxillare**
  - Situs? Pro Oculi Angulo interno.
  - Processus? Pro Articulo cum Zygomate. Pro Vomeris receptu.
  - Foramina? Infraorbitale, in quo foramina ad Dentes superiores. A Naribus ad Palatum ducens.
  - Antrum; Alveoli; Connexio?
    - Situs?
    - Forma?
    - Introitus?
    - Membrana tenuissima, quâ obducitur?
    - Usus? Ubi de Vocis Formatione.
  - De Ozænâ in Antro.
- **Turbinatum;**
  - Situs?
  - Forma?
  - Processus?
    - Squamosus.
    - Unciformis.
  - Connexio?
  - Usus?
- **Palatinum;**
  - Situs?
  - Forma?
  - Processus?
    - Superior, cui Nervus Opticus innititur.
    - Squamosus ad Antrum Maxillare.
    - Spinæformis ad Processum Pterygoeidem.
    - Quadratus ad Palatum.
  - Foramina? Pro
    - Quinti paris Nervorum ramo.
    - Arteriâ ad Palatum.
  - Connexio?

Vomer.

- **Vomer ;**
  - Situs ?
  - Forma ?
  - Connexio ?
  - Uſus ?
- Mandibulum
  - Forma ?
  - Proceſſus ?
    - Duo Condyloeides.
    - Duo Corones.
    - Tuberculum.
  - Foramina ? Pro
    - Ingreſſu
    - Egreſſu
    - } Vaſorum.
    - } Nervorum.
  - Alveoli ſedecem Dentibus inſervientes.
  - Connexio ; ubi de Cartilagine mobili.
- Dentes
  - Forma ? Numerus ? } Inciſorum ? Caninorum ? Molarium ? } Uſus ?
  - Formatio ab Apicibus incipiens.
  - Foramina ; quæ Ætate decreſcunt.
  - Subſtantia
    - Interna Oſſea.
    - Externa Vitrea.
  - Perioſteum
    - Externum in Fœtu.
    - Internum in Junioribus.
    - } Obvium.
  - Articulatio.
- Hyoeides
  - Situs ?
  - Forma ?
    - Baſis.
    - Cornua.
  - Appendiculæ Graniformes, quæ
    - quandòque Epiphyſes.
    - rariſſimè Proceſſus ?
  - Ligamenta ?
  - Connexio ?
  - Uſus ?

Prælectio Decima.

De Oſſibus Trunci.

- Clavicula
  - Forma ?
  - Situs ?
  - Connexio ? ubi Cartilago intra-articularis.
  - Uſus ?
- Sternum
  - Situs ?
  - Uſus ?
  - Status in
    - Juvenibus ?
    - Adultis ?
  - Proceſſus enſiformis ; quæ ſæpiùs
    - Cartilagineus.
    - Formâ varius.
  - Connexio ?

Vomer.

Vertebræ

- **Vertebræ**
  - Numerus? Forma? } Uſus?
  - Partes?
    - Corpus? { Forma? / Situs?
    - Proceſſus? { Spinalis. / duo Tranſverſi. / duo Obliqui { Superiores. / Inferiores.
  - Foramina? { Pro Medullâ Spinali. / Ad Corporis Meditullium.
  - Sulcus protranſitu nervorum.
  - Diviſio in
    - Colli Septem; { Atlas, cui deeſt { Spina. / Corpus. / Dentata, in quâ Proceſſus Dentiformis. / Proceſſus? { Tranſverſi { bifidi. / perforati. / Spinales bifidi.
    - Dorſi duodecim; { Proceſſus Coſtalis in Corpore. / Spinæ { Longiores. / Magis Obliquæ.
    - Lumborum quinque; { Spinæ { Rectæ. / Latæ. / Tranſverſi Proceſſus. { Longiores. / Tenuiores.
    - Connexio?
    - Uſus?
- **Os Sacrum**
  - Forma?
  - Status in { Recens natis? / Adultis?
  - Foramina pro Nervis.
  - Connexio?
- **Coccyx** ex quinque Oſſibus conſtans; { Proceſſus / Connexio } Primi? / Uſus?
- **Coſtæ**
  - Numerus?
  - Diviſio in { Veras; / Nothas; } unde?
  - Sulcus;
  - Proceſſus.
  - Connexio? { Septem ſuperiorum per Synchondroſin / Notharum per Syndeſmum } Sterno. / Omnium per Arthrodiam Vertebrarum { Corporibus. / Proceſſibus tranſverſis.
  - Uſus?
- **Os Innominatum**
  - Status in tenerâ ætate { Ileum. / Iſchium. / Pubis.
  - Ileum; { Corpus. / Spira, cujus Labrum { Externum. / Internum. / Proceſſus innominatus.
  - Iſchium; { Protuberantia. / Tuberculum.

Pubi

Os Innominatum
- Acetabulum ex { Ileo, Iſchio, Pube } junctim conſtans.
- Foramen ad Trochanterem minorem recipiendum.
- Connexio ?
- Uſus ?
- Differentia in diverſo ſexu ?
- Status in Partu ? ſeparantur, atteſtantibus { Riolano. Spigelio. Fallopio. Paræo. Hildano. Bartholino. Pinæo. }

Prælectio Undecima.

De Oſſibus Artuum.

Scapula
- Situs ?
- Forma ?
- Partes ? { Baſis. Coſtæ. Caput. }
- Proceſſus ? { Spina. Acromion. Coracoeides. }
- Acetabulum.
- Uſus ?
- Connexio ? { Superiùs per Enarthroſin. Inferiùs per Arthrodiam. } Humero. Claviculæ per Syndeſmum. Vertebrarum Spinis per Syndeſmum.

Humerus
- Caput.
- Apophyſis. { Superior ubi Sulcus. Externa, Interna } Inferior.
- Sinus ?
- Connexio ?

Ulna
- Proceſſus ? { Olecranon. Tuberculum. Styloeides. } Uſus ?
- Spina ?
- Connexio ?

Radius
- Caput.
- Cervix.
- Spina.
- Tuberculum.
- Connexio ;

- Ossa Carpi
  - Numerus? Octo.
  - Ordo?
  - Connexio? } unde jugum.
- Ossa Metacarpi
  - Numerus? Quatuor.
  - Caput.
  - Connexio?
- Ossa Digitorum
  - Numerus? Quindecim.
  - Sulcus.
  - Connexio?
- Femur
  - Processus
    - Caput, in quo Ligamenti Vestigium.
    - Cervix.
    - Trochanter, Major. Minor.
    - Condylus Externus. Internus.
    - Tubercula pro ligamenti crucialis origine.
  - Spina Aspera.
  - Sinus Superior sub trochantere majore. Inferior inter utrumque condylum.
  - Connexio.
- Tibia
  - Caput.
  - Cavitates.
  - Processus.
  - Costæ.
  - Spinæ.
  - Connexio?
- Patella
  - Forma?
  - Substantia?
  - Situs?
  - Usus? idem ac Olecrani.
- Fibula
  - Spinæ.
  - Caput.
  - Connexio?
- Ossa Tarsi
  - Calcaneum.
  - Astragalus.
  - Cuboeides.
  - Cymbæforme.
  - Tria Cuneiformia.
  - Connexio?

Ossa Metatarsi, quinque.
Ossa Digitorum Pedis quatuordecim.
Sesamoidea, quæ eidem usui cum Olecrano & Patellâ inserviunt.

Tab: tertia qua ad
Musculi Pyramidalis
usum spectat.



MANCHESTER MEDICAL SOCIETY

G. King sculp:

Prælectio Duodecima.

De Muſculis Abdominis, ejuſque contentis in ſitu.

- Truncus
  - Thorax.
    - Termini ?
    - Unde dicitur ?
  - Abdomen;
    - Termini ?
    - Hypochondrium { dextrum. / ſiniſtrum.
    - Regio
      - Umbilicalis.
      - Epigaſtrica. *scrobiculum cordis.*
      - Hypogaſtrica.
      - Iliaca { Dextra. / Siniſtra.
    - Pelvis.

- Faſcia Abdominis
  - Quid ? expanſio Fibrarum tendinearum degeneratarum.
  - Uſus ?
  - Lineæ ? { Alba ; / duæ ſemilunares; / Tranſverſales ; } { Quid ? / Uſus? / Statusin { Hydropicis ? / Gravidis ? }
- Muſculi
  - Obliquus { Externus ; / Internus ; } Uſus { Proprius ? / Communis ? } Perforatio.
  - Rectus ;
    - Origo?
    - Inſertio ?
    - Innervationes ?
    - Uſus ?
  - Pyramidales ; { Situs ? ſtatus Rectorum ubi hi deſunt ? / Uſus ? ad veſicæ Ligamenta laxanda. * *Vide Tabulam Tertiam.*
  - Tranſverſalis ;
    - Situs ?
    - Uſus ?
    - Muſculus Cremaſter Teſtis.
    - Ligamentum Pouparti ? { Subſtantia? / Uſus ?

* (A) *Veſica Urinaria, quæ mediantibus* (BBB) *Ligamentis tribus rotundis* (C) *Umbilico adnectitur, ut in fæcibus expellendis (elevato ſimul & Umbilico & Veſicâ) liberior ſit Fæcibus tranſitus per Rectum. Vis intereà omnis, quâ Umbilicus in ſuo ſitu retinetur, Longitudinalium Veſicæ Fibrarum contractionem prohibet; ideoque* (D) *Muſculi Pyramidalis Actio requiritur, quæ in urinis expellendis* (C) *Umbilicum deorſùm trahat; ut, relaxatis inde* (BBB) *Ligamentis rotundis,* (E) *Longitudinales Veſicæ muſculi ſe contrahant, & Veſica undequaque coarctata urinas per* (F) *Urethram effundat.*

Peritonæum

- **Peritonæum**
  - Quid?
  - Situs?
  - Substantia
    - Interna, cujus Fibræ
      - Longitudinales.
      - Transversales.
      - } Origo?
    - Externa adipocellulosa;
      - Quid?
      - Usus?
  - Vasa?
  - Intendinatio.
    - Quæ quandoque deest.
    - Situs? quâ parte Musculi perforantur.
    - Usus? Ad herniam præcavendam.
  - Usus?

- **Contenta Abdominis**
  - Omentum
    - Situs?
    - Forma?
    - Duplicatio?
    - Connexio?
    - Usus?
  - Hepar
    - Situs in
      - jejunio?
      - post pastum.
    - Ligamenta
      - duo lata, sive simplex Cruciforme.
      - rotundum.
  - Ventriculus
    - Situs
      - Cardiæ?
      - Pylori?
      - Fundi?
      - } in jejunio. post pastum.
      - Usus?
    - Connexio?
    - Vasa?
  - Lien
    - Situs?
    - Connexio
      - Naturalis? Ventriculo Soli.
      - Morbosa? Diaphragmati.
  - Pancreas
    - Situs?
    - Ductus?
  - Intestina
    - Tenuia
      - Duodenum;
      - Jejunum;
      - Ileum;
    - Crassa
      - Cæcum;
      - Colon;
      - Rectum;
    - } Situs? Usus? Connexio? Vasa? Usus?
  - Mesenterium
  - *Omnis dolor in primò gravidis major.*
  - *Quibuſdam per primos menſes impunè fluunt menſtrua.*
  - *In Gravidarum febribus criſi naturali res rarò committenda eſt.*
- **Fluxus Sanguinis ab Utero**
  - Signa?
    - Os Tincæ apertum.
    - Dolor plerùmque præcedens.
    - Violentia quædam præcedens.
    - Subitò copiosè effertur.
    - Continuo rivo defluit.
  - Effectus?
    - abortio.
    - mors ab inanitione.
  - Curatio?
    - Quiete.
    - Abſtinentiâ a
      - Venere.
      - irritantibus.
      - calfacientibus.
    - Miſſione Sanguinis.
    - Adſtringentibus actu frigidis.
    - Fœtûs eductione.
- *Aphoriſmi.*
  - *Poſt ſyncopen vix redeunt dolores.*
  - *Pedibus, ſi fieri poſſit, extrahetur fœtus.*
  - *Quibus os Tincæ tenue & molle, faciliùs educatur fœtus.*
- **Emiſſio Fœtûs**
  - Effluxio;
  - Expulſio;
  - Partus;
  - Quid? ex utero.
- **Abortio**
  - Unde eveniat? a
    - Fœtu mortuo.
    - Matris
      - Tenſione
      - Laxitate
      - nimiâ.
    - Vi uterum comprimente.
    - Fœtu uterum irritante.
  - Signa?
    - In ventre dolor verſus Renes.
    - Sanguinis ex utero fluxus.
    - Aquæ vel
      - formatæ.
      - deſcendentes.
    - Mammæ flaccidæ.
    - Lactis aquoſi e mammis profluvium.
    - In utero gravitas cum fœtore.
  - Curatio?
    - Quiete in ſitu idoneo.
    - Abſtinentiâ a
      - comprimentibus uterum.
      - calfacientibus.
    - Venæſectione.

Aphoriſmi.
- *Dolores, abſque aquis formatis, enemate ſæpè ſedantur.*
- *Aquis non formatis, prohibendus eſt partus.*
- *Periculum ex Abortu majus plerùmque, quàm ex partu.*
- *Quantò magis ſubitanea eſt abortio, eò difficilior placentæ extractio.*
- *Ni mala urgeant ſymptomata, omnis Partus, etiam mortui, naturæ committatur.*
- *Quæ ſtatis temporibus abortiunt, uterum habent vel* { *Prædurum.* / *Prælanguidum.*

Ad Partum naturalem requiruntur
- Fœtûs { Ætas ; / Vires ; / Situs ; } Qualis ?
- Matris { Forma ; / Status ; / Vires ; } Qualis ?

Partûs appropinquantis ſigna
- Dolor verſus Renes cum doloribus reſpondentibus.
- Tumor Ventris immutatus.
- Urinæ vel { incontinentia. / ſuppreſſio. }
- Aquarum Formatio.

Partûs ferè adſtantis ſigna
- Dolor verſus Renes & Lumbos auctus.
- Pulſus in Carpis { frequens. / plenus. / altus. }
- Rubor vultus.
- Os uteri externum tumidum.
- Vomitus.
- Os Tincæ magìs apertum.

Partûs adſtantis ſigna
- Os Tincæ magis apertum.
- Aquarum formatio major.
- Dolores ad Sacri & Pubis articulum.
- Tremores ſine frigore.

Partui profuerint
- Præmiſſa quandòque venæſectio ; unde ?
- Situs Corporis erectus, ſi vires ferant.
- Unguenta emollientia.
- Cardiaca.
- Medicamina { Abdomen evacuantia. / Uterum comprimentia. }

Aphoriſmi.
- *Res ita ſe habere poſſint, ut Mulier utero gerat a ſeptem ad tredecim menſes.*
- *Urgentibus maximè doloribus, quærendus eſt Fœtûs ſitus.*
- *Non niſi quieſcenti utero manus eſt intromittenda.*
- *Violentis doloribus ſubitò deficientibus, ſi ſuperveniat vomitus, metuendum, ne laceretur uterus.*
- *Viribus derepentè deficientibus, Lethalis extravaſatio eſt metuenda.*
- *In ætate provectioribus lentior Partus utilis ; unde ?*

Placenta

Placenta
- Quid?
- Usus?
- Naturalitèr quomodo expellatur?
- Retentæ
  - Signa?
    - Dolores quasi parturientium.
    - Gravitas in utero.
    - Sanguinis profluvium.
  - Effectus?
    - Sanguinis fluxus Lethalis.
    - Gangræna.
- Expulsio promovenda
  - Manu.
  - Irritantibus.
- *Aphorismi.*
  - *Placenta, Quæ Scirrhosa est, difficillimè extrahitur.*
  - *Funis, qui Marcidus, facillimè rumpitur.*

Prælectio Trigesima Nona.

De Partu difficili, & Puerperarum Morbis.

Partus difficilis fiat ob
- Matris
  - Ætatem
    - juniorem.
    - provectiorem.
  - Corpus
    - Malè formatum.
    - nimìs obesum.
    - nimìs macilentum.
  - Animum depressum.
  - Vires labefactas.
- Fœtûs
  - Aquas ante fœtum profluxas.
  - Imbecillitatem.
  - Corpus
    - prægrande.
    - malè formatum.
  - situm inidoneum.
  - funem implicatum.

Partui difficili vix sufficient, quibus
- *Corpus sudoribus frigidis obrutum.*
- *Syncope frequens cum frigidis sudoribus.*
- *Convulsiones sine recognitione.*
- *Vires deficiunt.*
- *inferiora abdominis*
  - *Tensa.*
  - *Inflammata.*

Mater
- *Quæ ætate provectior, magìs inungenda est.*
- *Quæ corpore malè formata, in situ erecto diutiùs sustinenda est.*
- *Quæ*
  - *Macilenta, fovenda est unguentis.*
  - *Animo est depressa, cardiacis roboranda.*

Fœtus imbecillis dignoscatur ex
- Partu
  - Languido.
  - Diuturno.
- Sanguinis Fluxu nimio.
- Matris viribus Languidis.
- Fœtûs pulsu in fune.

Fœtus

Fœtus Mortuus dignoſcitur ex
- Mammis flaccidis.
- Frequenti Lipothymiâ.
- Aquarum fœtore.
- Frigore ventris laterumque.
- Gravitate in utero.
- Capitis mollitie.
- Defectu pulsûs in fune.
- Cuticulæ ſeparatione.
- Meconii (abſque causâ) expulſione.

Fœtus malè ſitus dignoſcitur ex
- Doloribus non ritè reſpondentibus.
- Doloribus nimìs lentis.
- Aquis furtivis.
- Tactu.

Pedibus ſe præſentantibus,
- Situs non immutandus, ni ut Facies poſteriora ſpectet.
- Manus ad latera componendæ.
- Cavendum ne caput detineatur.

Caput in utero relictum extrahatur
- Manu.
- Inſtrumento.
- Diminutione.
- An placenta prius extrahenda?

Præſentante ſe { Facie, / Collo, } { Ad ſitum naturalem reducendus vel Pedibus extrahendus eſt } Fœtus.

Funis (ſi ſe præſentet) reducetur; fœtuſque pedibus quàm citiſſimè extrahetur; exindè tamen lividus plerùmque fit vultus.
Funis implicatus, æquovè brevior, fœtûs reſilitionem poſt finitum dolorem efficit.
Funis collo circumductus commodiſſimè quandòque ſcindatur.
In omni malo ſitu, ut & in rebus deſperatis, pedibus extrahetur fœtus.
In partu gemino poſterior pedibus plerùmque extrahendus, ideòque membranæ quam citiſſimè rumpendæ; niſi promptè rem ipſa agat natura.

De Puerperis.

Poſt partum agenda;
- Cavendum ne frigido lædatur Uterus.
- Labiis applicentur
  - Emollientia.
  - Lenitèr diſcutientia.
- Lac
  - alliciendum { Calore, / Oleoſis, } cum Suctu.
  - avertendum
    - Diſcutientibus,
    - Adſtringentibus.
    - Enemate repetito.
- Enema alternis diebus injiciendum. Unde?
- Conſervanda ſunt lochia.

Lochia

- Lochia
  - Quid ?
  - Duratio ? ad dies quindecim plùs minùs.
  - Bonorum ſigna ?
    - Color gradatìm mutatus.
    - Conſiſtentia æqualis.
    - Nullus fœtor.
    - Quotidiana diminutio.
  - Nimiorum
    - Effectus ?
      - Syncope.
      - Convulſiones.
      - Pallor vultus.
      - Debilitas.
      - Crurum tumor.
      - Mors.
    - Curatio ?
      - Clyſmatibus.
      - Cardiacis.
      - Volatilibus extùs applicatis.
  - Suppreſſorum
    - Cauſæ ?
      - Uteri inflammatio.
      - Alvi fluxus.
      - Animus depreſſus.
      - Adſtringentium uſus.
    - Symptomata ?
      - Febris.
      - Dolor
        - Capitis.
        - Mammarum.
        - Renum.
        - Lumborum.
        - Uteri.
      - Ventris tumor.
      - Spiritûs difficultas.
      - Cordis palpitatio.
      - Syncope,
      - Convulſiones.
      - Delirium.
    - Curatio ?
      - Enemate.
      - Venæſectione.
      - Salibus aperientibus.
      - Paregoricis.
    - Effectus ?
      - Sphacelus Uteri.
      - Mors.
  - *Aphoriſmi, Quantò citiùs ſiſtuntur lochia, eò pejus.*

Puerperarum Morbi.

- Contuſiones ; Fiſſuræ ;
  - Unde ?
  - Curatio ?
    - Fomentatione.
    - Emollientibus.

- **Descensus Uteri ;**
  - Symptomata ?
    - Dolor
      - Renum.
      - Lumborum.
      - Uteri.
    - Gravitas in pelve.
    - Urinæ suppressio.
  - Curatio ?
    - Evacuatione Abdominis.
    - Situ idoneo.
    - Venæsectione.
    - Fomentatione.
    - Reductione.
    - Pessario.
    - Topicis adstringentibus.
- **Uteri Inflammatio ;**
  - Signa ?
    - Uterus
      - Tumidus.
      - Dolens.
      - Gravis.
      - Tensus.
    - Dolor ab expulsâ
      - Urinâ
      - Alvo

      } auctus.
    - Febris vehemens.
    - Spirandi difficultas.
    - Singultus.
    - Vomitus.
    - Convulsio.
  - Effectus ?
    - Abscessus.
    - Scirrhus.
    - Cancer.
    - Sphacelus

    } Mors.
  - Curatio ?
    - Venæsectione repetitâ.
    - Diætâ refrigerante.
    - Enemate.
    - Injectione
      - Emolliente.
      - Anodynâ.
- **Uteri Scirrhus ;**
  - Signa ?
    - Os Uteri
      - Majus.
      - Brevius.
      - Magis inæquale.
      - Durius.
    - Uteri moles aucta.
    - Gravitas in pelve.
    - Urinæ incontinentia.
    - Dolor
      - Renum ;
      - Inguinis ;
      - Femorum ;

      } qualis ?
  - Curatio ?
    - Refrigerantibus evacuationibus.
    - Chalybeatis.

Cancer

Cancer Uteri;
- Signa?
  - Scirrhi ſigna.
  - Dolor in utero pungens.
  - Sanies
    - Seroſa.
    - Fœtida.
    - Nigra.
    - Cruenta.
  - Fluxus Sanguinis
    - Sinceri.
    - Coagulati.
  - Ulcus in Ore Tincæ
    - Sordidum.
    - Inæquale.
  - Dolor; ab expulsâ
    - Urinâ
    - Alvo

    auctus.
- Effectus? Hæmorrhagia Lethalis.
- Curatio? tota palliativa
  - Refrigerantibus.
  - Emollientibus.
  - Lacteis.
  - Anodynis.
- *Aphoriſmi.*
  - *Quæ menſtruorum ad inſtar poſt annum quinquageſimum fluunt, in cancrum tandèm mutantur.*
  - *Cancri in Utero nulla eſt Sanatio.*

BIBLIOTHEK

F I N I S.

ORDO PRÆLECTIONUM.

1ma. *De Animali in Genere ; ejuſque Principiis conſtituentibus.*
2da. *De Fibris ; Ligamentis ; Membranis ; & Adipe.*
3tia. *De Arteriis ; Venis ; & Lymphaticis.*
4ta. *De Nervis ; Glandulis ; & Muſculis.*
5ta. *De Oſſibus in Genere ; Cartilaginibus ; & Oſſificatione.*
6ta. *De Oſſium Articulationibus.*
7ma. 8va. } *De Cranio ejuſque Oſſibus ; Suturis ; & Foraminibus.*
9na. *De Oſſibus Faciei ; & Maxillarum.*
10ma. *De Oſſibus Trunci.*
11ma. *De Oſſibus Artuum.*
12ma. *De Muſculis Abdominis, ejuſque contentis in ſitu.*
13tia. 14ta. } *De Muſculis Scapulæ ; Humeri ; Ani & Penis ; Capitis ; Colli ; Dorſi ; Coccygis ; & Reſpirationi inſervientibus ; de Pleurâ & Thoracis Contentis in ſitu.*
15ta. 16ta. } *De Organis Digeſtioni inſervientibus ; & Digeſtione.*
17ma. *De Organis Ouropœis ; & Urinis.*
18va. *De Cordis Structurâ ; & Motu ; & de Circulatione Sanguinis.*
19na. *De Pulmonum Structurâ ; & Reſpiratione.*
20ma. *De Linguâ ; Oſſe Hyoeide ; Gulâ ; & Uvulâ.*
21ma. *De Glandulis Salivalibus ; & Muſculis Maxillæ, & Faciei.*
22da. *De Structurâ Laryngis, & Loquelâ ; & Muſculis Brachii, & Manûs.*
23tia. *De Muſculis Femoris ; Tibiæ ; & Pedis.*
24ta. *De Viſûs Organo ; & Viſu.*
25ta. *De Auditûs Organo ; & Auditu.*
26ta. *De Cerebro ; Nervis ; & Senſatione.*
27ma. 28va. } *De Partibus Generationi Inſervientibus Maſculinis, & Fœmininis, & Generatione.*
29na. *De Fœtu in Utero ; & Circulatione Sanguinis in non natis.*
30ma. *De Corporis Integumentis, & ſecretione Animali.*
31ma. *De Sanguine ; Nutritione ; Accretione ; & Maraſmo.*
32da. *De Proximis mortis cauſis.*

APPENDIX.

HUNTER

33tia. *De Fibræ laxæ & ſtrictæ cauſis, & conſequentiis.*
34ta. *De Sanguine aceſcente, & alcaleſcente ; & de Miſſione Sanguinis.*
35ta. *De Actione Medicamentorum.*
36ta. *De Oſſium Morbis qui, aut Oſſium Anatomiam illuſtrant, aut ab eâ illuſtrantur.*
37ma. *De calculoſis fluidorum concretionibus.*
38va. *De Conceptione ; Gravidarum Morbis ; Abortu ; & Partu naturali.*
39na. *De Partu difficili, & Puerperarum Morbis.*

ORATIO
ANNIVERSARIA
IN THEATRO COLLEGII
MEDICORVM
LONDINENSIVM:

Decimo quinto calend. NOVEMBRIS,

EX HARVEII instituto,

AD SOCIOS HABITA

ANNO MDCCXXXIX.

A FR. NICHOLLS M. D.

MANCHESTER MEDICAL SOCIETY.

Quam, cum OEconomiæ Animalis Hiſtoriam, & Morborum Ætiologiam, aliquatenùs adumbret, his Prælectionibus adjiciendam poſtulabat Bibliopola.

ORATIO HARVEIANA.

MANCHESTER

AB antiquis temporibus inſtitutum eſt, ut, qui civium ſe commodis dederant, & vel mœnia conſtruxerant, vel hoſtes devicerant, vel alio quovis modo de republicâ benè meruerant, ii ſtatuis, & communi omnium plauſu publicè ornarentur. Cum enim inſitum virtuti ſit, ut, aliam quamvis mercedem dedignata, a bonis laudari poſtulet, & exoptet; pietatis eſt, quorum beneficia aliundè remunerare nefas, eorum laudes gratâ commemoratione poſteris conſervare. Quin etiam aliorum res benè geſtas commemorando quandam quaſi normam nobis opponimus, ut, ſi quid a recto ſortè deflexerit, conſpectiùs illud indè innoteſcat; aut, ſi quâ inertiâ obſtupeſcant vis noſtra & virtus, ab aliorum laudibus ita accendamur, ut, quorum gloriam appetimus, eorum etiam facta gnavitèr imitemur.

CUM itaque in hâc noſtrâ civitate multi extiterint præclari Viri, qui in populi ſalutem medicas artes felicitèr excoluerunt; æquum HARVEIO noſtro videbatur, ut annuâ, lætâ, piâ commemoratione eorum laudes in perpetuùm conſervarentur; nec deeſſent, quæ poſteros ad ſimiles virtutes excitarent, anteceſſorum præconia.

HUIC hodiè muneri Præſidis juſſu deſignatum multa me multa, Socii ornatiſſimi, diſtrahunt, & conturbant. Dum eximia illa medicæ artis lumina, LINACRUM, CAIUM, HARVEIUM, dum tantos eorum labores, tot beneficia, quibus genus humanum ſibi devinxerunt, contemplor, longè abeſt, ut, quos nudis occulis intueri vix licet, eos levi oratione ornandos credam. Veſtræ profectò pietati, veſtris legibus conſultum ſatis exiſtimem, ſi, quâ par eſt reverentiâ, quâ vos decet facundiâ, veſtras gratias iis retulerim, quibus hujus ordinis vis & auctoritas maximè debentur. Abſterrent autem aliorum exempla, qui ex his roſtris ſuæ forſàn famæ ſatis conſuluiſſe, rei autem dignitatem parùm plerùmque attigiſſe videantur. At, quicquid alii fecerint, mea diverſa omninò eſt ſtudiorum ratio: Cumque rebus inveſtigandis & exponendis, non ornandis, operam diù dederim, deficit ingenii flumen, & in dicendo verborum vis & copia, ut debitas iis gratias referam, & eorum laudes, ut velim ornatas, recitem, qui artem medicam civium conſervatricem, hominibus utilem atque neceſſariam, coluerunt, & auxerunt.

AT quid dixi? medicam artem civium conſervatricem, hominibus neceſſariam eſſe atque utilem? Alia verò apud quoſdam valet opinio; quibus ſacra, profana, omnia, commiſcere ac diruere lubido eſt. Numinis, aiunt, una eademque eſt actio, creatio animalium atque conſervatio: Cumque aliis omnibus animalibus abundè proſpexerit Divinus Artifex, tot ſalutis præſidiis inſtruxerit, eâ partium har-

harmoniâ eorum undique corpora diſpoſuerit, & ordinaverit, ut ipſa per ſe ſibi ſatis ſufficerent, ſummæ ſuæ benevolentiæ conſentaneum nequaquam foret, ut homines præ cæteris animalibus vel per ægritudines miſeros, vel per morbos ſuis officiis obeundis minùs idoneos, effingeret. Nullum, aiunt, nullum numen habes, ſed te nos facimus, Medicina, deam, cœloque locamus.

Eò itaque (Socii ornatiſſimi) noſtræ hujus Orationis argumentum convertam; ſi hoc (quantum ſit) convicium refellerim, ſi medicinam præ aliis animalibus homini neceſſariam, ſi per vos utilem, indicaverim, nec noſtro huic officio, nec veſtræ dignitati, nec anteceſſorum gloriæ, defuero.

HABEANT autem adverſarii noſtri nos confitentes & ſuæ opinioni aliquatenùs aſſentientes: ita tamen confitentes, ut nequid culpæ aut infamiæ in nos, aut in noſtram artem recidat. Non ea enim veſtra eſt protervitas, ut, quam indiès tacitè contemplamini, quam ubique ducem ſequimini, naturam non maximi æſtimetis. Veſtris ſententiis, quantò quiſque naturæ obſequentior, quantò ejus legibus obſtrictior, tantò melior, tantò dignior, exiſtimabitur, qui ægris præſit fidus miniſter. Si, ut cætera animalia, iis legibus, quas natura dedit, homines uterentur, pari profectò valetudine fruerentur; nec ea eſſet morborum vis & ferocia, ut veſtris auxiliis ullo modo indigerent. At homini non eadem, quæ cæteris animalibus, ſalutis ſunt præſidia: Quæ natura dedit, per ignaviam, per luxum abjecimus; cumque novos ſibi vivendi modos homines effinxerint, cum per ſuas artes ægrotare didicerint, per veſtras ut revaleſcant, neceſſe eſt.

OMNIS omnium animalium in eo ponitur ſalus, ut fluida habeant debitâ neutralitate temperata[a]; ne, aut, obvolutis nimium ſalibus, in ſpiſſum quiddam atque tenax ita coeat ſanguis, ut deſit ſtimulus[b], qui fibrarum tonum motumque excitet, & conſervet; aut fluidis nimiùm ſolutis, a ſalibus denudatis corrodantur ſolida, quibus ſanguis intra juſtos limites coerceri & moveri debet. Quæ ad ſolida ſpectat, ſalus in eo ſita eſt, ut æquabili ubique tono ſuſtineantur, ut nec torpeant vires, quæ ſanguinem coercere, & urgere valeant; nec citiùs, æquove vehementiùs, fibræ in ſpaſmos & tenſiones irritentur.

IN omni interìm animali inſita quædam & innata eſt ſanguinis diſpoſitio, ut blandam, quam dixi, indolem ſponte ſuâ deponat, & vim induat alcalinam, putridam, facilè communicabilem, quæque corporis ſolida ſtimulo ſuo mirè afficiat, & deſtruat. Si violentiùs agitetur, aut aliunde fortiùs incaleſcat, ſanguis, tantò magis augetur maligna hæc & putrida diſpoſitio: Si quieſcat prorsùs, tantò magis vim ſuam expandit, & vicina quæque labe malâ inficit, & contaminat. Solidorum contrà vires & robur quàm variis de cauſis immutentur, quid aeris intemperies, quid victus, quid labor, quid animi motus poſſint, cuique perſpectum ſatis eſt;

[a] DEBITA NEUTRALITATE TEMPERATA.] Ex chemicis abundè patet ſani animalis ſalia ad aliquam neutralitatem temperari, quoniam neque ab admiſtis ſalibus (ſive acidis, ſive alcalinis) ullam efferveſcentiam indicant, nec ſyrupi ex violis confecti colorem immutant: hæc autèm neutralitas in datâ quâdam latitudine conſiſtere videtur: quoniam ex animalibus alia citiùs, alia tardiùs, putreſcunt.

[b] STIMVLVS.] Ad ſalutem animalis neceſſarium videtur, ut ſolida corporis blando quodam neutrius ſalis ſtimulo perpetuò irritentur. Hinc ſanguinis ſubtractio laxitatem corpori & debilitatem affert; ut quæ ſanguinem inertem ſæpè, & quaſi vapidum, relinquit. Hinc puris evacuatio vires derepentè labefactat; ut quæ irritationem, &, quæ ab eâ naſcitur, corporis tenſionem, tollit. Hinc a nimiâ venere, aut narcoticorum uſu, robur corporis imminuitur; cum ab his fibrarum ſenſibilitas & exinde ſalium vires aliquatenùs hebetentur.

cùm

cùm nihil in animos, nihil in ſenſus, incurrat, quod ora, oculos, totius corporis compagem non mirè aut intendat, aut relaxet.

Cùm ab omnibus his ſive fluidorum, ſive ſolidorum, mutationibus varii proveniant morbi; cùm earum aut nimiam durationem, aut exceſſum, mors ſequatur; in lubrico & ancipiti profectò poneretur animantium ſalus, niſi, ut conſervaretur, proſpexiſſet divinus artifex. At ille, ne citiùs fluida in corpore putreſcerent, victum dedit acidæ plerùmque indolis; ne ſanguis exindè tenax [c] in arteriis ſubſiſteret, ne in juſtam neutralitatem non ſubigeretur, eundem dedit motu corporis & exercitatione perquirendum: eundem ille in aperto aere collocavit, ut acido æthereo [d], quo abundè repletur, affatim reficeremur [e]; in frigido, ut perpetìm imminueretur uſquè exſurgens corporis calor [f], qui ſanguinem malignâ alioquì putredine brevì inficeret. Ut ſenſibus ſuæ etiam adſint blanditiæ, quæ ſolida tenſa nimìs aliquatenùs emollirent, oculis gratiſſimos dedit herbarum colores; naribus, ut ſuave narcoticum ſpirent flores; qui corpora foveret, ſolem; qui nimium ejus fervorem ſubindè averterent, arbores poſuit. Ne animis etiam deſint gaudia, ſuam cuique animali, non protervam, non ſubdolam, quin facilè parabilem, facilè ſequacem, & amabilem, dedit femellam: dedit, ut ſuâ ſobole delectaretur, nec amiſſam tamen, aut abreptam ſibi, prolem anxiâ nimìs ſolicitudine lugeret. Voluit inſuper, ut ſorte ſuâ contentum, quas natura tulerat, legibus obſtringeretur; nec, quas natura non effinxerat, ipſi ſibi curas effingeret. Hinc cæteris animantibus illibata ſalus; hinc integro illa & intaminato ſucco nutrita, nullis (aut raris) animi motibus perturbata, præfinitam ipſis ſenectutem placidè exſpectant.

At homini (cui ut ſuo arbitrio uteretur, dedit Deus) quàm diſpar vivendi ratio! Pro victu, quem natura tenuem, ſimplicem, ſubacidum appoſuit, ipſe plenas, lautas, putridas, ſibi parat dapes. Ne nimias non devoret, conquiruntur undique condimenta, quæ famem ſitimque aut inducant, aut augeant. Ne ſanguine & ſuccis non

[c] Sangvis exinde tenax.] Olea omnia ab admiſtis acidis mirè coagulantur in ſubſtantiam vel mucoſam, ut in ſaponis vulgaris ſolutione; vel in caſeoſam, ut in lacte coagulato; vel in adipoſam, ut in oleis expreſſis; vel in reſinoſam, ut in oleis aromaticis. Hæc autem coagula in fluidum ſtatum ab admiſtis ſalibus alcalinis denuò revocantur. Ex alumine & bile adipem confici Hombergius dudùm docuit: in illo autèm experimento obſervandum reſtat, ſubſtantiam quandam reſinoſam primò concreſcere ad ignem fuſilem & in aquâ minimè ſolubilem; quæ verò in ſpiritu vini promptè ſolvitur, & terram albidam (forſàn aluminoſam) exinde deponit. Ex reſiduo per aliquot menſes ſub calore ſolis digeſto, & ſubindè agitato, conficitur ſubſtantia adipoſa Hombergii. Quinetiam notandum eſt, omnia animalia, quantò magis ſint putreſcibilia, tantò fluidiorem pinguedinem præbere; ut in porcis, piſcibus, & hominibus ſcorbuto laborantibus. Illa contrà animalia, quæ putreſcentiæ maximè reſiſtunt, pinguedinem habent firmam ſolidamque; ut boves, oves, cervi.

[d] Acido æthereo.] De nitro aereo ſumma olim erat inter phyſicos contentio. Recentiores autem chemici, rejecto planè nitro, acidum univerſale per atmoſphæram copioſiſſimè diffundi, certis experimentis demonſtrarunt; ſc. ex aluminis alcalizati regeneratione, & ſalis alcalini neutralizatione, a ſolo aere afflante.

[e] Affatim reficeremvr.] Ex ſignis putreſcentis nimiùm ſanguinis primum locum tenent debilitas, laſſitudo, & ſpirituum oppreſſio; quæ mala non, niſi ſalibus per diaphoreſin eliminatis, vel per adhibita acida ſubactis, tolluntur. Hinc recentiores medici acidum vitrioli in cardiacorum numerum feliciſſimè detulerunt.

[f] Usqve exsvrgens corporis calor.] Si ſub corporis calore ſeptuaginta graduum (metiente thermometro) in vaporarium, cujus calor ſit etiam ſeptuaginta graduum, quis ingrediatur, corporis calor ad nonaginta gradus illicò aſſurget; ſi autem vaporarium ad nonaginta gradus incaleſcat, corporis calor ad putridam diſſolutionem brevi promovebitur. Hinc conſt. corporis calorem, qui alioquì perpetuò exſurgeret, ab aeris ambientis frigore ad vitam conſervandam perpetuò reprimi, & temperari.

oneretur, helluo otium quærit ventri paritèr & ignaviæ deditus. Ne non incaleſcat nimìs, ne vehementiùs æquo non agitetur ſanguis, liquidos arte malâ ſibi prolicit ignes, quos ad inſaniam uſque, & in corporis perniciem ingerat. Ex animi motibus, quibus ineptior quiſque indulget, quot quantæque hominum ſtrages? Ex amore vel per ſuperbiam repreſſo, vel per avaritiam denegato, virginibus quot ægritudines? Ex ſoluto nimìs, aut illicito, juvenibus quot luctus? Quot ex irâ, invidiâ, metu, proveniant mala? quæ corporis œconomiam mirè pervertant, ſanguinis diſtributionem & depurationem ſiſtant, & ſæviſſimis ſæpè morbis vel viam præſtruant, vel vires adferant. Inutilem igitur eam artem quis credat, quam ipſe neceſſariam effecerat? Iniquè illorum aliquam dignitatem ferendam quis cenſeat, per quos, ut inſanientis vel ſapientiæ, vel ineptæ libidinis, pœnas effugiat, non rarò conceditur?

Priscis olim temporibus, cum ſimpliciſſimo quiſque modo vitam duceret, cum corpore neque luxu & inertiâ contaminato, nec animi contentionibus dibilitato, frueretur, anguſtis finibus, quicquid erat medicinæ, tenebatur. Si vulnera caſu inciderent, ut a frigore defenderentur, ſatis erat; quæ defenderent, ex arboribus reſinam, ex rupibus ceram, ipſa obtulit natura. Si aeris intemperies pleniorem paulò, aut impuriorem, corporis habitum intuliſſet; aderant, qui alvum lenitèr ſubducerent, fructus & radices: aderat vegeta animæ & ſuis rebus attenta vis, quæ aucto ſtatim [g], aut determinato [h], niſu, citatiorem ſanguinis motum ultrò excitaret; hoſtemque, nullo interpoſito tumultu, ſubactum placidè foras ejiceret.

Ita profectò in civitate bene conſtitutâ virtus optimorum civium & prudentia efficiunt, ut poſitis undique vigiliis & excubiis, perpetuò proſpiciatur, ne quid detrimenti vel ab hoſte, vel a malis civium moribus, capiat reſpublica; ut leviſſimis malis incipiendis providè occurratur; ne, auctis per moras viribus, hoſtes vel rempublicam funditùs evertant, vel non forent, niſi commotis omnibus rebus & perturbatis, opprimendi. In eâdem intereà civitate, ſi pervertantur civium mores, ſi magiſtratuum dignitas & auctoritas vel per luxum eviluerint, vel per ignaviam obſoleverint, infimum quemque infectum penes erit, vt rempublicam mirè commoveat; & ſuis tandem viribus parùm tutam ad alienam opem & aliena conſilia vacillantem & perterritam impellat. Nec diſſimilis videtur animalis ratio, dum nec vigeat animus, nec valeant vires, dum pro ſanguine debitè temperato mille alat ſalium

[g] Avcto nisv.] Ut in febre ephemerâ. Animam ſub naturæ nomine febrium eſſe cauſam efficientem Gometius Pereira Medicus Hiſpanus primus docuit in tractatu de novâ verâque medicinâ, quam ediditanno 1558. Hujus doctiſſimi viri (cum pauciſſimis ſit notus) pauca quædam effata adjiciam. *Febris*, inquit, *eſt calor immodicus in toto corpore productus a naturâ hunc gignere moliente; quam febrem non in alium uſum natura gignit, quam ut per ejus vim ſuperflua, quæ humanum corpus afficiunt, diſtentur, aut concoquantur & concocta excernantur.* pag. 10cmâ & *Febrem medelam eſſe morborum, morbumque minime dici poſſe.* pag. 160mâ. & *naturam in peſtilentibus morbis non audere materiam venenatam movere; indeque febrem vel nullam vel exiguam periſſi.* pag 885tâ. De morbis ſine febre loquens *afferem* (inquit) *hoc morbi genus, ut eſt Elephas ſeu Elephantioſis ſive Lepra, in tantum terrere naturam, ut non audeat vitalis cordis motrix dioſtoles & ſyſtoles ipſas aggredi, quia victa ſuccumbit: & minime moliatur malum extirpare.* pag. 133tiâ.

Poſt Pereiram Helmontius Animam ſub Archæi nomine, pro morborum cauſa habuit; *ſolus*, inquit, *ubique Archæus effectivè febrim concitat. Accendit nimirùm ſeiptum Archæus in niſu, quo cuperet expellere materiam occaſionalem, tanquam ſibi impactam ſpinam.* Tract. de febribus cap. 2do.

[h] Determinato.] Ut in catameniis, aliiſque hæmorrhagiis ſalutaribus. Anno 1692do Georgius Erneſtius Stahlius eandem hanc de Animâ opinionem, nullâ facta Pereiræ mentione, quaſi novam ſuamque explicavit. Idem Author Inflammationes & Hæmorrhagias a plenitudineper Animam conſilio congeſtâ & determinatâ deducit.

monſtra,

monſtra, ſi ad veſtram opem, & veſtra auxilia, timidè confugiat. Veſtræ eſt Pietatis abditas horum malorum cauſas perquirere & inveſtigare, inveſtigatas amovere. Si vires deficiant, veſtrûm eſt depreſſas fovere, & erigere: Si nimiæ ſanguinem, acerbiùs agitent, veſtrûm eſt nimiam earum dominationem aut refrænare, aut imminuere. Veſtrûm denique eſt, quid ſanguinis nobilioris proſcriptio, quid plebeii vel per alvum deductio, vel per ſudores diſſipatio, in commotâ & perturbatâ animalis republicâ poſſint, proſpicere, & dijudicare.

Hòc quo melius efficeretur, primævæ gentes ægrorum viſitationes, & templa Æſculapio inſtituêre; ut, quod quiſque ſibi in quocunque morbo utile obſervaverat, in aliorum vel ſalutem, vel ſolamen, patefaceret. Hinc ex collatis undique morborum hiſtoriis ars Empirico-therapeutica paulatìm ſuccrevit: ars autèm quæ, cùm ex regulis conſtaret, quas ſuo modo quiſque aut explicaret, aut diſtorqueret, nec ægrorum ſpem nec veſtram dignitatem ſatìs ſuſtinuit. Ex Græcis intereà ſcholis multi exſtiterunt præclari Viri, qui, ut empiricam artem in ſcientiam firmam ſtabilemque refingerent, non ſine ſummâ laude tentarunt; cum vero debitis medicinæ principiis ex corpore œconomiâ deductis nequaquàm uterentur, Diagnoſticam licèt & Prognoſticam diſciplinam quandòque adauxerint, Ætiologicæ tamèn & Therapeuticæ Medicinæ parùm attuliſſe videntur.

Discussa tandem, quæ litteris, quæ ſcientiis, diù incubuerat, altâ caligine, cum aliorum dogmata, ut ut recepta, ad incudem revocare pro jure ſuo quiſque habuerit, extitit Linacrvs, qui ſparſos undiquè in arte medicâ digniſſimos quoſque collegit, ut hanc etiam artem a nugis & fallaciis repurgarent, & pro populi ſalute junctis viribus & conſiliis repurgatam promoverent: ut eſſet, quo convenirent, ſuas has (Apollini ſacras) dedit ædes; ne deeſſet in poſterùm, eaſdem nobis in perpetuùm teſtamento legavit. Ne nova hæc ſua reſpublica brevì dilaberetur, legibus eam munivit. Ne deeſſet dignitas, ſe omni litterarum genere ornatiſſimum, ſe, ſuis virtutibus & morum ſuavitate cuique hominum ordini chariſſimum, nobis Præſidem dedit. Ne deeſſet principum gratia, regiam, quâ ſummâ utebatur, ad nos tranſtulit. Ita deniquè in omnibus egit, ut, cum nos ad civium ſalutem utiles noſceret, perpetuos etiam, & felices, efficeret.

Medicinam tali apud nos fundatore, fautore, patre orbam, exanimem & perterritam, Caivs ſuſtinuit. Ut veſtri ordinis dignitatem ornaret, inſignia gentilitia obtinuit: ut augeret etiam, ſcriptis ſuis abundè proſpexit: Cùm eo enim tempore vixerit, quo patriam ſæviſſimâ peſte languidam & oppreſſam lugeret, ità profectò civium ſaluti conſuluit, regulas curationis tam juſtas, & ægrorum ubique rebus ità accommodatas, conſcripſit, ut de artis ſuæ utilitate non ampliùs dubitaretur, cum eximiam conſervatæ republicæ gloriam illi undiquè convaleſcentes attulerint.

Praeclara Cadwaldi & Lvmlei nomina præ pudore reticuiſſem, niſi ex cathedrâ chirurgicâ, quam in ſummâ ſpe poſuerant, lucidum ſidus Harveiana circulatio omuium oculos perſtrinxiſſet. Quo te nomine (eximie Harveii) quâ voce te ſalutem? Tu incultam, Tu tenebris obſitam, ex empiricis, peripateticis, chemicis principiis miſerè miſcellaneam artem accepiſti: Quod ſimplicem, quod claram,

qnod

quod certam plerùmque ſcientiam nobis detur exercere, tuum agnoſcimns. Quos ordinem modumque, quem in generatione animalium natura tenet, ſedulò inveſtigaveris, quod circularem ſanguinis motum in tui temporis gloriam & perpetuam medicæ artis utilitatem detexeris, ingenio, induſtriæ, forsàn & tuæ cuidam felicitati debeatur ; quod patrimonio te vivum exueris ; quod opes tuas eo modo diſpoſueris, quo ordinis hujus dignitati, & generis humani commodis, maximè inſervires, ſummæ profectò pietatis & prudentiæ exemplum ab omnibus exiſtimabitur. Quid aliud enim ſibi velint convivia hæc, quàm ut tui nominis non oblitus ità quiſque in ſuo ſe officio gerat, ut artis, quam profitetur, vim & dignitatem pro virili promoveat ? Quid aliud annua hæc majorum noſtrorum commemoratio, quam ut, eorum virtutibus, ab oculos poſitis, ad ſimilem gloriam excitati ad paria etiam facinora aliquandò provocemur.

Quot quantoſque fructus ex tuis (Harveii) laboribus (non nobis ſolummodo ſed) humano generi attuleris, teſtantur undiquè, qui, te duce, (nec ex noſtro tantum Lyceo) artem medicam ſcriptis ſuis exindè nobilitarunt. Quid Whartonvm, quid Glissonivm, quid Lowervm memorem ? Cum quicquid aut de glandulis, aut de hepate, aut de corde ſcripſerint, ut tuam paginam implerent, ut tuo nomini & tuis votis inſervirent, effecerint. Si igne dirutas reſtituerit, ſi alieno ære oppreſſas has ædes abſolveritHamaevs, ſi, quo libri comparentur, nummum Halaevs dederit, an alias præclari hi viri ſibi velint reddi gratias? An aliam ſibi laudem exoptent ? Quam quod, te duce, noſtrum hunc ordinem, ut civium exindè commodis quam maximè proſpicerent, conſervatum, munitum, ornatum, voluerint?

Vos (Socii chariſſimi) non minor manet gloria, ſi, quam per ſua vitia homines neceſſariam fecerunt, quam majores noſtri per eximias ſuas virtutes utilem reddiderunt, quam veſtris laboribus mirè ornatam poſſidetis, artem prudentèr, honeſtè, benevolè exerceatis : Cum nihil habeat veſtrûm vel fortuna majus, quàm ut poſſit, vel natura melius, quam ut velit, cives perituros conſervare. Hoc quò plenius, quò ornatius efficiatis, det Deus Optimus Maximus, omnium ubique animalium creator idem atque conſervator, ut indiès magis magìſque efflorescant veſtri ordinis virtutes, et, ne ampliſſimis deſit aut locus aut honos, *orandum eſt, ut à peſte, fame, bello, cæde, & a morte improvisâ ſuos liberet Dominus.*

SOCIETY

FINIS.

quod certam plerùmque ſcientiam nobis detur exercere, tuum agnoſcimns. Quod ordinem modumque, quem in generatione animalium natura tenet, ſedulò inveſtigaveris, quod circularem ſanguinis motum in tui temporis gloriam & perpetuam medicæ artis utilitatem detexeris, ingenio, induſtriæ, forsàn & tuæ cuſtodi felicitati debeatur; quod patrimonio te vivum exueris; quod opes tuas eo modo impoſueris, quo ordinis hujus dignitati, & generis humani commodis, maximè inſervires, ſummæ profectò pietatis & prudentiæ exemplum ab omnibus exiſtimabitur. Quid aliud enim ſibi velint convivia hæc, quàm ut tui nominis non oblitus ità quiſque in ſuo ſe officio gerat, ut artis, quam profitetur, vim & dignitatem pro virili promoveat? Quid aliud annua hæc majorum noſtrorum commemoratio, quam ut, eorum virtutibus, ab oculos poſitis, ad ſimilem gloriam excitati ad paria etiam facinora aliquandò provocemur.

Quot quantoſque fructus ex tuis (Harveii) laboribus (non nobis ſolummodo ſed) humano generi attuleris, teſtantur undiquè, qui, te duce, (nec ex noſtro tantum Lyceo) artem medicam ſcriptis ſuis exindè nobilitarunt. Quid Whartonvm, quid Glissonivm, quid Lowervm memorem? Cum quicquid aut de glandulis, aut de hepate, aut de corde ſcripſerint, ut tuam paginam implerent, ut tuo nomini & tuis votis inſervirent, effecerint. Si igne dirutas reſtituerit, ſi alieno ære oppreſſas has ædes abſolveritHamaevs, ſi, quo libri comparentur, nummum Halaevs dederit, an alias præclari hi viri ſibi velint reddi gratias? An aliam ſibi laudem exoptent? Quam quod, te duce, noſtrum hunc ordinem, ut civium exindè commodis quam maximè proſpicerent, conſervatum, munitum, ornatum, voluerint?

Vos (Socii chariſſimi) non minor manet gloria, ſi, quam per ſua vitia homines neceſſariam fecerunt, quam majores noſtri per eximias ſuas virtutes utilem reddiderunt, quam veſtris laboribus mirè ornatam poſſidetis, artem prudentèr, honeſtè, benevolè exerceatis: Cum nihil habeat veſtrûm vel fortuna majus, quàm ut poſſit, vel natura melius, quam ut velit, cives perituros conſervare. Hoc quò pleniùs, quò ornatiùs efficiatis, det Deus Optimus Maximus, omnium ubique animalium creator idem atque conſervator, ut indiès magìs magìſque efflorescant veſtri ordinis virtutes, et, ne ampliſſimis deſit aut locus aut honos, *orandum eſt, ut à peſte, fame, bello, cæde, & à morte improviſâ ſuos liberet Dominus.*

HUNTER MEDICAL SOCIETY

FINIS.